 nes/gentes ... docentes eos ser-
 40 vare omnia quaecumque man-
 davi vobis» (Mt. 28, 19-20), im-
 41 pensa/cura adlaborare debet «ut
16 sermo Dei currat/et clarificetur»
 2 (2 Thess. 3, 1) et omnes uno/ani-
 3 mo et ore honorificant Deum et
 Patrem Domini nostri Iesu Christi.

Obsecrat igitur

5 Ecclesia, a filiis suis «primum
 omnium fieri obsecrationes,
 6 orationes,/postulationes, gratia-
 7 rum actiones pro omnibus/ho-
 minibus...»

Hoc enim bonum est et accep-
 8 tum/coram Salvatore nostro
 9 Deo, qui omnes homines vult
 salvos fieri et ad agnitionem ve-
 10 ritatis venire» (1 Tim. 2,1-4).

19 Christifideles in sua
 20 efformanda conscientia diligen-

II [n. 13, 17, 25, 18, 5]

13. [T]

25

[Munus Ecclesiae].

Ecclesia Catholica, ut divino ob-
 temperet mandato: «docete om-
 nes gentes ... docentes eos ser-
 vare omnia quaecumque man-
 davi vobis» (Mt. 28, 19-20), im-
 pensa cura adlaborare debet «ut
 sermo Dei/currat et clarificetur»
 (2 Thess. 3, 1).

Enixe igitur rogat
 Ecclesia ut a filiis suis/«primum
 omnium fiant obsecrationes,
 orationes, postulationes, gratia-
 rum actiones pro omnibus ho-
 minibus...»

Hoc enim bonum est et/accep-
 tum coram Salvatore nostro
 Deo, qui/omnes homines vult
 salvos fieri et ad agnitionem ve-
 ritatis venire» (1 Tim. 2, 1-4).

Christifideles autem in sua
 efformanda conscientia diligen-

II [T] IV. 34) Totus numerus 13 [*omittatur*], quia nil novi affert, vel abbrevie-
 tur (L-13, 10 [E/4733 W]).

35) In numero 13, quae pag. 16, linn. 16-19 dicuntur [*omittantur*] quia inuti-
 liter suscitant controversiam circa auctoritatem Ecclesiae in lege naturali (L-
 13, 6 [E/4733 R], 12 [E/4808 D], 13 [E/4808 R] [E/4808 HI]).

36) In numero 13 incisum pag. 16, linn. 11-28 [*omittantur*] et substituatur
 textu priori (L-12, 12 [E/4733 S: cf. E/4901]).

[T] V. 18) In numero 13, pag. 17, lin. 5 [*addatur*]: “Ipse modus diffundendi
 veritatis divinae spiritualis esse debet, utpote huic veritati piene cohaerens at-
 que conformis” (L-13, 4 [E/4897]).

[T] **R/ N.** 13: Textus emendatus, aliquo modo contractus, assumptus est in
 numerum 13 textus reemendati.

III [A] *Numerus 14 (olim 13)*

Est idem ac numerus textus praecedentis, parvis mutationibus, Patrum de-
 siderio, introductis ut sensus clarior aut vividior fiat.

Animadv. in genere: 1) Redeatur ad “textum emendatum” quia melior est (17
 [E/5327]).

2) Explicite dicendum esset munus auctoritatis Ecclesiae esse fidelibus fines
 signare et limites ponere libertati in re religiosa, nam si hoc non fit ansa pre-
 betur individualismo religioso et contemptui auctoritatis ecclesiasticae. Patere
 debet quomodo declaratio componatur cum efficaci exercitio potestatis in Ec-
 clesia cumque eius iure poenali (14 [E/5324]).

	III [n. 14, 16, 16-30]	IV [n. 14, 13, 3-11]	
16	14. (olim 13) [A]	14.	3
	[<i>Munus Ecclesiae</i>].	[<i>Munus Ecclesiae</i>].	
17	Ecclesia/Catholica, ut divino ob-	2 Ecclesia Catholica, ut divino ob-	4
18	temperet mandato: «docete om-	1 temperet/mandato: «docete om-	
	nes gentes» ()	nes gentes»	
19	(<i>Mt. 28, 19-20</i>), im-	5 (<i>Mt. 28, 19-20</i>), im-	
20	pensa cura adlaborare debet «ut	pensa cura adlaborare debet «ut	
	sermo Dei/currat et clarificetur»	sermo Dei currat et clarificetur»	
	(<i>2 Thess. 3, 1</i>).	(<i>2 Thess. 3, 1</i>).	
22	Enixe igitur rogat	6 Enixe igitur rogat	
23	Ecclesia ut a filiis suis/«primum	Ecclesia ut a filiis suis «primum	7
24	omnium fiant obsecrationes,	omnium fiant /obsecrationes,	
25	orationes, postulationes, gratia-	orationes, postulationes, gratia-	8
	rum actiones pro omnibus ho-	rum actiones pro omnibus/ho-	
	minibus...	minibus...	
26	Hoc enim bonum est et/accep-	9 Hoc enim bonum est et accep-	
27	tum coram Salvatore nostro	tum coram Salvatore nostro	
28	Deo, qui omnes homines vult	Deo, qui omnes homines vult	
	salvos fieri et ad agnitionem/ve-	salvos fieri et ad agnitionem/ve-	
	ritatis venire» (<i>1 Tim. 2, 1-4</i>).	ritatis/venire» (<i>1 Tim. 2, 1-4</i>).	
29	Christifideles autem in sua	10 Christifideles autem in sua	
30	efformanda conscientia diligen-	11 efformanda conscientia diligen-	

3) Forsitan aliquantulum magis insistendum est non tantum in declarationibus theoreticis, seu in principiis generalibus theologiae iuxta quam homo obligationem habet inquirendi veram religionem, sed potius in habitudine quam Ecclesia habere debet circa personas quae religionem christianam non profitentur. Ratio: sine dubio tempora fuerunt in quibus fides coactione materiali imponebatur. Insuper, nostris temporibus, nec auctoritates civiles nec auctoritates ecclesiasticae fidem imponere possent mediante coactione. Tamen aliqui adhuc Ecclesiam accusant ac si talem coactionem exerceret, immo nec desunt qui etiam inter catholicos et inter ecclesiasticos exemplum sequi vellent Apostolorum, qui ignem petebant supra contumaces; hac de causa non solum necessariam, sed urgentem credimus Declarationem de libertate religiosa (83 [E/5398]).

IV Ad numerum 14

- 1 – Pag. 16, lin. 17, loco «ut divino obtemperet mandato» dicatur «divino obtemperare volens (cupiens, cupida, satagens, sollicita) mandato».
- R. – Formula proposita potius debilitat id quod formula textus exprimitur.
- 2 – Pag. 16, linn. 17 et 32, omittatur «Catholica» (2 Patres).
- R. – Melius standum videtur textui, qui expressionem in n. 1 adhibitam assumit».
- 3 – Pag. 16, linn. 29-30, loco «in sua efformanda conscientia diligenter attendere debent ad» dicatur «suam conscientiam efforment iuxta».
- R. – Formula proposita nimis restrictiva appetit. Obligatio fideles obstringens in texto sufficienter exprimitur.

I [n. 13, 16, 20-37]

ter attendere debent ad sacram certamque Ecclesiae doctrinam.³⁴

Dei enim voluntate Ecclesia Catholica magistra est veritatis, /eiusque munus est, ut veritatem, quae Christus/est, explicet atque authentice doceat, si mulque principia ordinis moralis, ex ipsa natura/humana profluentia, auctoritate sua declareret/atque confirmet.

Insuper Christiani, in sapientia ambulantes ad eos qui foris sunt, «in Spiritu Sancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis» (2 Cor. 6, 6-7), lumen vitae cum omni fiducia (Act. 4, 29) et fortitudine apostolica, ad sanguinis usque effusionem, diffundere satagant auxiliis naturae et gratiae, quibus/ipse Dominus unus est, praedicatione nempe/doctrinae, exemplo vitae et testimonio perhibito veritati.

Etenim discipulus

II [n. 13, 18, 5-20]

ter attendere debent ad sacram certamque Ecclesiae doctrinam.¹⁸

Dei enim voluntate Ecclesia Catholica magistra est veritatis, eiusque munus est, ut veritatem, quae/Christus est, enuntiet atque authentice doceat,/si mulque principia ordinis moralis, ex ipsa natura humana profluentia, auctoritate sua declareret atque confirmet.

Insuper Christiani, in sapientia ambulantes ad eos qui foris sunt, «in/Spiritu Sancto, in caritate non ficta, in verbo/veritatis» (2 Cor. 6, 6-7), lumen vitae cum omni fiducia (cf. Act. 4, 29) et fortitudine apostolica, ad sanguinis usque effusionem, diffundere satagant.

Etenim discipulus erga inaequitabilem donum/veritatis Chri-

I³⁴, II¹⁸ Cf. Pius XII, *Nuntius radiophonicus*, A.A.S. 44 (1952), pp. 270-78, de conscientia christiana efformanda.

III [B] *In particulari:* 1) Pag. 18, linn. 6-7, scribatur: “Christi enim voluntate, Ecclesia eius magistra est veritatis ...” (128 [E/5436]).

R/ 1) Pag. 16, lin. 31 loco “Dei” nunc legitur *Christi*: exactius dicitur quia Ecclesia constituta est magistra veritatis utique a Deo sed per Christum vel per Verbum Dei homo factum.

[C] 2) Pag. 18, lin. 12, addatur: “Ecclesiae membra fide atque baptismo ita ordini hierarchico inhaerent ut, expositis ipsis, in quantum necesse sit, propriae conscientiae argumentis, practicæ eiusdem ordinis hierarchici ordinationi, tuta conscientia obsequi possint ac debeant. Insuper...”. Ratio est quia de hac re non videtur sufficienter provisum in schemate (95 [E/5359], nomine aliorum duorum Patrum).

[D] 3) Pag. 18, linn. 19-31: Haec affirmatio nimis multum iuxponitur prioribus affirmationibus schematis circa libertatem religiosam (112 [E/5457]).

IV 4 – Pag. 16, lin. 33, post «veritatis» addatur «salutaris» (2 Patres).

R. – Additio non videtur necessaria, cum ex contextu eluceat, de quanam veritate agatur.

5 – Pag. 16, lin. 33, post «eiusque» addatur «Magisterii» vel «Pastorum».

R. – Non appareat ratio sufficiens additionis distinctivae. Est Ecclesia quae

	III [n. 14, 16, 30 – 17, 3]	IV [n. 14, 13, 11-21]	
31	ter attendere debent ad sacram certamque Ecclesiae doctrinam. ³⁹	ter attendere debent ad sacram certamque Ecclesiae doctrinam. ⁴⁰	12
32	Christi [B] enim/voluntate Ecclesia Catholica magistra est veritatis, eiusque munus est, ut veritatem, quae/Christus est, enuntiet atque authentice doceat,/simulque principia ordinis moralis, ex ipsa/natura humana profluentia, auctoritate sua declareret atque confirmet. [C]	Christi enim/voluntate Ecclesia Catholica magistra est veritatis, eiusque munus est,/ut Veritatem quae Christus est enuntiet atque authentice doceat, si mulque principia ordinis moralis, ex ipsa natura humana profluentia, auctoritate sua declareret atque confirmet.	13
33	Insuper Christiani, in/sapientia ambulantes ad eos qui foris sunt, «in/Spiritu Sancto, in caritate non ficta, in verbo/veritatis» (2 Cor. 6, 6-7), lumen vitae cum	Insuper Christiani, in sapientia ambulantes ad eos qui foris sunt, «in Spiritu Sancto, in caritate non/ficta, in verbo veritatis» (2 Cor. 6, 6-7), lumen vitae cum	14
34			15
35			16
36			17
37			18
38			19
39			20
40			
17	omni fiducia ⁴⁰ et fortitudine apostolica, ad sanguinis usque effusionem, diffundere satagant.	omni fiducia ⁴¹ et fortitudine apostolica, ad sanguinis usque effusionem, diffundere satagant.	
2			

3 [D] Etenim discipulus erga
Chri-

Etenim discipulus erga
Chri-

III³⁹, IV⁴⁰ Cf. Pius XII, *Nuntius radiophonicus*: A.A.S., 44 (1952), pp. 270-78, de conscientia christiana efformanda.

III⁴⁰, IV⁴¹ Cf. Act. 4, 29.

authentice docet, utique per Magisterium suum.

6 – Pag. 16, lin. 33, «Veritatem» scribatur cum maiuscula V.

R. – Accipitur, quia sequitur «quae Christus est».

7 – Pag. 16, lin. 34, post «doceat» addatur «erroresque reprobet vel damnet».

R. – Non appare ratio sufficiens additionis explicitae, cum res per se intelligatur.

8 – Pag. 16, lin. 35, post «moralis» addatur «sive supernaturalis sive naturalis».

R. – Affirmatio proposita, in se vera, hic non quadrat contextui.

9 – Pag. 16, lin. 37, post «confirmet» addatur «Insuper non solum ius, sed etiam officium habet Ecclesia iis qui ei libere subiecti sunt doctrinam suam et disciplinam imponere vi auctoritatis et cum sanctionibus. Haec coactio genuinae libertati minime opponitur, potius favet; ita enim agebat Christus, dum saepe saepius dure reprehendebat, quod non crederent, eos qui debebant veritatem agnoscere: «Qui vero non crediderit condemnabitur» (Mc. 16, 16).

R. – Non admittitur, cum hic non agatur de officio, sed de iure Ecclesiae neque de quaestione libertatis in ipsa Ecclesia. Praeterea actio descripta Ecclesiae non est vocanda coactio.

10 – Pag. 16, lin. 41, post «fiducia» intra parentheses ponatur «Cf. Act. 4, 29» (loco Notae 40).

R. – Secundum regulam observatam intra parentheses indicantur tantum illi textus Scripturae, quae inter uncos ad verbum citantur.

I [n. 13, 16, 37 – 17, 8]

38 gravi adstringi-
 39 tur officio erga veritatem Christi,
 39 ut eam nimurum/plenius in dies
 40 cognoscat, fideliter annuntiet,
 /strenue defendat.

41 Simul tamen caritas Christi/ur-
 get eum ut amanter prudenter
 17 patienter agat/cum hominibus,
 qui in errore circa
 2 fidem versantur.³⁵
 Adhibendus est modus suavis et
 3 humanae naturae aptatus, quo
 4 ipse Deus et Pater/Domini nostri
 Iesu Christi homines sensim
 5 ad/suum amorem allicit.
 6 Respiciendum igitur est/tum ad
 officia erga verbum
 7 vivificans quod/pradicandum
 8 est, tum ad humanae iura perso-
 nae, tum ad mensuram gra-

II [n. 13, 18, 20-28]

sti gravi adstringi-
 tur officio,
 eam /plenius in dies
 cognoscendi, annuntiandi
 fideliter, strenue defendendi. 21
 22

Simul tamen caritas/Christi ur-
 get eum, ut amanter prudenter
 patienter agat cum hominibus,
 qui in errore vel/ignorantia circa
 25 fidem versantur.¹⁹

Respiciendum igitur est tum ad
 officia erga verbum
 vivificans quod praedicandum
 est, tum ad humanae perso-
 nae iura, tum ad mensuram gra-

I³⁵, II¹⁹ Cf. IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 aprilis 1963: A.A.S., pp. 299-300: «Omnino errores ab iis qui opinione labuntur semper distinguere aequum est quamvis de hominibus agatur, qui aut errore veritatis aut impari rerum cognitione capti sint, vel ad sacra ad optimam vitae actionem attinentium. Nam homo ad errorem lapsus iam non humilitate instructus esse desinit, neque suam umquam personae dignitatem amittit cuius ratio est semper habenda. Praeterea in hominis natura numquam facultas perit et refragandi erroribus et viam ad veritatem querendi. Neque umquam hac in re providentissimi Dei auxilia hominem deficiunt. Ex quo fieri potest, ut, si quis hodie vel perspicuitate egeat, vel in falsas discesserit sententias, possit postmodum, Dei collustratus lumine, veritatem amplecti».

III [E] 4) Pag. 18, linn. 19-21, scribatur: “Etenim discipulus erga Christum magistrum gravi adstringitur officio inaestimabile donum veritatis ab Eo receptae plenius in dies cognoscendi...”. Ratio: melius quam considerare veritatem abstractam, seu obiectivam, consideretur Christus qui dat nobis veritatem (126 [E/5438] et 128 [E/5436]).

R/ 2) Pag. 17, lin. 3 post praepositionem “erga” legitur *Christum Magistrum*: sensus non mutatur, exprimitur vero modo concreto et vividus.

[F] 5) Pag. 18, lin. 22, post “strenue” addatur “iustis tamen (vel “evangelicis”) adhibitis mediis”. Ratio: In verbo “strenue” aliqua aggressivitas latet (50 [E/5358; 117 : E/5451]).

R/ 3) Pag. 17, in lin. 7 post verbum “defendendi” legitur: *evangelicis mediis adhibitis*: ad memoriam revocandum quod Evangelium enunciandum est perseveranter, magna cum fortitudine usque ad sanguinis effusionem: numquam tamen “mediis coercitivis” sed semper *mediis evangelicis adhibitis*.

[G] 6) Pag. 18, lin. 25, post “versantur” addatur “sua principia non perdendo” (12 [E/5322]).

[H] 7) Pag. 18, lin. 26 post “erga” addatur “Christum”. Ratio: Discipulus potius erga personam Christi, veritatis magistri, quam erga veritatem a Christo

III [n. 14, 17, 3-14]	IV [n. 14, 13, 21-28]
4 <i>stum Magistrum/gravi adstringitur officio, donum veritatis</i>	stum Magistrum gravi adstringitur officio, () veritatem
5 <i>ab /eo receptae plenius in dies</i>	ab <i>Eo receptam</i> plenius in dies
6 <i>cognoscendi, [E] annuntiandi</i>	cognoscendi, annuntiandi
7 <i>fideliter, strenueque defendendi,</i>	fideliter, strenueque defendendi,
8 <i>evangelicis mediis adhibitis. [F]</i>	<i>exclusis</i> mediis <i>spiritui evangelico contrariis.</i>
9 <i>Simul tamen caritas Christi urget eum, ut amanter prudenter</i>	Simul tamen caritas Christi urget eum, ut amanter prudenter
10 <i>patienter agat cum hominibus, qui in errore/vel ignorantia circa fidem versantur.⁴¹ [G]</i>	patienter agat cum hominibus, qui in errore vel ignorantia circa fidem versantur. ⁴²
	22
	23
	24
	25
	26
11 <i>Respiciendum igitur est tum ad officia erga Christum [H] Verbum vivificans quod praedicandum est, tum ad humanae personae iura, tum ad/mensuram gra-</i>	14 <i>Respiciendum igitur est tum ad officia erga Christum /Verbum vivificans quod praedicandum est, tum ad humanae personae/iura, tum ad mensuram gra-</i>
	27
	28

III⁴¹, **IV**⁴² Cf. IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 aprilis 1963: A.A.S., pp. 299-300: «Omnino errores ab iis qui opinione labuntur semper distinguere aequum est quamvis de hominibus agatur, qui aut errore veritatis aut impari rerum cognitione capti sint, vel ad sacra ad optimam vitae actionem attinentium. Nam homo ad errorem lapsus iam non humanitate instructus esse desinit, neque suam umquam personae dignitatem amittit cuius ratio est semper habenda. Praeterea in hominis natura numquam facultas perit et refragandi erroribus et viam ad veritatem querendii. Neque umquam hac in re providentissimi Dei auxilia hominem deficiunt. Ex quo fieri potest, ut, si quis hodie vel perspicuitate egeat, vel in falsas discesserit sententias, possit postmodum, Dei collustratus lumine, veritatem amplecti».

acceptam adstringitur (126 [E/5438] et 128 [E/5436]).

IV 11 – Pag. 17, lin. 5, loco «receptae» dicatur «recepti».

R. – Scribatur: « ... officio veritatem ab *Eo receptam*...».

12 – Pag. 17, lin. 7, ante «*evangelicis*» addatur «*solis*» (8 Patres).

R. – Admittitur hoc modo «*exclusis* mediis *spiritui evangelico contrariis*», quia adhibenda sunt etiam media in Evangelio non indicata, sed eius spiritui non contraria (v. g. radio, televisio, etc.).

13 – Pag. 17, lin. 9, loco «*patienter*» dicatur «*patienterque*».

R. – Formula textus melius sonat.

14 – Pag. 17, linn. 10-16, tota phrasis «*Respiciendum igitur ... profitendam invitatur*» deleatur.

R. – Textus a Concilio approbatus est. Problema praedestinationis, quod proponens hic tangi putat, commemoratione diversae gratiae a Deo tributae revera non tangitur.

15 – Pag. 17, lin. 13: «*personae humanae iura*» ita determinetur, ut ius ad diffundendos errores inter catholicos excludatur.

R. – Ex toto textu schematis satis appareat, de quibus iuribus hic agatur. Nullibi affirmatur ius ad diffundendos errores. Cf. ad Mod. Gen. 2.

I [n. 13, 17, 8-13]

- 9 tiae a Deo per/Christum tribu-
 10 tam homini, qui ad fidem libe-
 re /acciendam et profiten-
 11 dam invitatur.
 12 Error/reiiciendus est, veritas
 13 praedicanda, intellectus/illu-
 strandus, persona humana debi-
 ta reverentia/prosequenda.

II [n. 13, 18, 28-31]

- tiae/a Deo per Christum tribu-
 tam homini, qui ad/fidem libe-
 re acciendam et profiten-
 dam invitatur.

29

30

31

III [I] 8) Pag. 18, lin. 30 Pro “libere” scribatur “sponte” (45 [E/5352]).

R/ 4) Pag. 17, in lin. 15 post verbum “fidem” legitur *sponte*: ne confusio fiat inter libertatem psychologicam et libertatem moralem: homo tenetur, obligatione morali, fidem accipere; fides autem non potest accipi nisi voluntarie seu libere: libertate quidem psychologica.

[K] 9) Pag. 18, lin. 31, post “invitatur”, addatur “et tenetur” (56 [E/5573]).

10) Pag. 18, lin. 31, addatur: “Ex bene considerata structura sociali communitatis humanae huius temporis, in qua homines postulant posse libere religionem suam privatim et publice profiteri, clare appareat ius civile ad libertatem in re religiosa, fundatum in dignitate personae humanae, radicatum in historia

III [n. 14, 17, 14-16]

IV [n. 14, 13, 28-29]

15 tiae a Deo per Christum tribu-
16 tam homini, qui ad fidem *spon- te* [I] accipiendam/et profiten-
dam invitatur. [K]

tiae a Deo per Christum tribu-
tam homini,/qui ad fidem spon-
te accipiendam et profiten-
dam invitatur.

29

salutis, frequentissime constituere hodie veram conditionem sine qua non pro ipsa libertate Ecclesiae, tam in exercitio muneris eius inter christianos, quam in actione eius missionali inter non christianos. Unde ius civile ad libertatem in re religiosa fit quodammodo fundamentum practicum in societate hodierna pro libero exercitio muneris Ecclesiae inter christianos et actionis eius missionalis inter illos qui Christum non agnoscant". Rationes desumuntur tum ex conditione minoritatis, tum ex desiderio vitandi anxietates [E/5439].

11) Pag. 18, post lin. 31, addatur nova paragraphus fere his verbis: "Ex bene [...] *idem ac praecedens*] non agnoscunt". Ratio: Non sufficit efferre, ut Schema facit, tantum concordiam inter libertatem religiosam et libertatem Ecclesiae (125 [E/5439]).

I [n. 14, 17, 14-19]

II [n. 14, 19, 1-5]

IV. *Conclusio*

14 14.

14. [U]

19

[*Conclusio*].

15 Constat igitur praesentis aetatis
 homines, quacumque cultura
 16 imbuantur, magis in dies optare
 17 ut libere possint/religionem pri-
 vativam publiceque profiteri; pa-
 18 tet etiam libertatem reli-
 19 giosam in plerisque/constitutio-
 nibus iam ut ius civile declarari.

Constat igitur praesentis aetatis
 homines 2
 optare 3
 ut libere possint religionem pri-
 vativam publiceque profiteri; 4
 libertatem autem reli-
 giosam in plerisque constitutio-
 nibus iam ut/ius civile declarari²⁰ 5

II ²⁰ GIANNINI A., *Le Costituzioni degli Stati del Vicino Oriente*, Roma 1931. – PEASLEE AMOS S., *Constitutions of Nations*, New Jersey (USA) 1950. – MIRKINE-GUETZEVITCH B., *Le Costi-
 tutioni Europee*, Milano 1954. – ZAMORA A., *Digesto Constitutional Americano*, Buenos Ai-

III [U] IV. 37) Secundum incisum numeri 14, pag. 17, linn. 20-25 [*omittatur*], quia fidelibus in certis regionibus difficultates causare potest (L-14, 2 [E/4900, cf. E/4623]. Cf. L-Gen. 2 [E/4623], L-14, 8 [E/4794] contrarium postulat: fortio-
 rem scil. condemnationem persecutionem religiosarum et viriliorem protesta-
 tionem).

[U] V. 19) In numero 14, pagg. 17-18, [*addatur*] declaratio proselytismo et propaganda, quae fidem aliorum offendunt, debilitant, destruunt, non esse concedendam libertatem, sed iis coactionem esse imponendam (L-14, 3 [E/4957]; L-Gen. 39 sub 4 [E/4733 FL]).

[U] VII. 28) Numerus 14, pagg. 17-18, admitti nequit, quia proclamat relati-
 visum doctrinalem, indifferentismum practicum, extinctionem spiritus mis-
 sionarii et inanitatem sacrificiorum ab Ecclesia pro Veritate factorum (L-14, 4 [E/4768]; L-Gen. 37 [E/4768] in fine; L-Gen. 39 [E/4957], 4; quia in populis unius
 religionis catholicae pro convivientia pacifica non requiritur aequalitas inter om-
 nes coetus religiosos, sed sufficit, ut non-catholicis concedatur libertas cultus priva-
 tivi et tutela iurium civilium omnibus communium (L-14, 10 [E/4914]).

[U] **RJ N.** 14: Textus emendatus transiit totus in numerum 14 schematis ree-
 mendati. Additio tamen quaedam indolis pastoralis iuxta vota plurium Patrum
 facta est, quae circumstantias nostri temporis respicit.

III [A] *Numerus 15* (olim 14)

Est idem ac in textu praecedente, paucis tantum mutationibus factis.

Animadv. in genere: 1) Pars IV valde abbrevianda est (2 [E/5309]), quod fieri posset inserendo in corpore schematis aliquas considerationes particulares circa persecuciones religiosas (pag. 19, linn. 6-12) vel modos quibus laesa est li-
 bertas humana hodie (pag. 19, linn. 31-36). Sufficeret quod in fine Concilium christianos hominesque bonae voluntatis provocaret ut melius inservirent li-
 bertati religiosae in mundo huius temporis (112 [E/5457], cf. 108 [E/5445], 35 [E/5347], 126 [E/5438]).

2) Addatur paragraphus de consecrariis pastoralibus, ubi inter alia haec dic-
 cantur: 1) Doctrina de libertate conscientiae in re religiosa Ecclesiae ostendit viam illius paupertatis evangelicae in qua ad suam missionem explendam nul-
 latenus a protectione et privilegiis Status pendere debet, vel in eis suam spem
 reponere; 2) Actio pastoralis, sub luce istius doctrinae, renovanda erit in linea

III [n. 15, 17, 17-21]

IV [n. 15, 13, 30-33]

17	15. (olim 14) [A]	15.	30
[Conclusio].			[Conclusio].
18	Constat igitur/praesentis aetatis homines	1,2 Constat igitur praesentis aetatis homines	
	optare		optare
19	ut libere possint religionem privatim publiceque profiteri;	ut libere possint religionem privatim publiceque profiteri;	31
20	libertatem autem reli-	4 immo libertatem reli-	32
21	giosam in plerisque Constitutionibus iam ut ius civile declarari ⁴²	5 giosam in plerisque Constitutionibus iam ut ius civile declarari ⁴³	33

III⁴², IV⁴³ GIANNINI A., *Le Costituzioni degli Stati del Vicino Oriente*, Roma 1931. - PEASLEE AMOS S., *Constitutions of Nations*, New Jersey (USA) 1950. - MIRKINE-GUETZEVITCH B., *Le Costituzioni Europee*, Milano 1954. - ZAMORA A., *Digesto Costituzional Americano*, Buenos

educationis fidei et conscientiae communitatis, ita ut christiani magis ac magis exculti ac concii fiant de eorum responsabilitate ac missione apostolica; 3) Denique, sub luce istius doctrinae, etiam ante recognitionem Codicis iuris canonici, praxis disciplinae ecclesiasticae quoad poenas innovetur (69 [E/5400], nomine 77 Patrum).

3) Declaretur proselytismo et propagandae quae fidem aliorum offendunt, debilitant, destruunt libertatem concedendam non esse, sed iis coactionem esse imponendam (17 [E/5327]).

4) Conclusio videtur nexus logico carere. Denuo redigatur auferendo ea quae potius comprobatio factorum quam genuina conclusio videntur. Valor harum observationum ut signa temporum in meliori luce ponatur (126 [E/5438]).

IV Ad numerum 15

1 – Pag. 17, lin. 17, omittatur «igitur».

R. – Non apparent ratio sufficiens omissionis. Verbum «igitur» indicat nexum Conclusionis cum toto textu schematis.

2 – Pag. 17, linn. 17-35, omnia deleantur.

R. – Textus a Concilio approbatuS nequit omitti. Non fit, ut proponens prae-tendit, argumentatio ex Constitutionibus et documentis internationalibus. Horum tamen commemoratio non est omittenda, hac etiam ratione, ut postea (lin. 23 ss.) dici possit ea in proxim esse deducenda. Ceteroquin proponens in argu-mentatione sua procedit ex theoria tolerantiae, quae cum doctrina schematis non plene concordat.

3 – Pag. 17: a) lin. 18, post «homines» addatur «iuste», b) lin. 20, loco «liber-tatem autem religiosam» dicatur «immo libertatem religiosam», c) lin. 22, post «internationalibus» addatur «solemniter».

R. – Ad a) non apparent ratio sufficiens additionis. Ad b) admittitur, quia aliquid novi adducitur. Ad c) admittitur, cum desumatur ex Litt. Encycl. *Pacem in terris*.

4 – Pag. 17, lin. 20, loco «religiosam» dicatur «in re religiosa».

R. – Expressio non videtur mutanda, cum eius sensus ex tota Declaratione eluceat.

5 – Pag. 17, lin. 21, post «Constitutionibus» addatur «Nationum».

R. – Ex contextu evidens esse videtur agi de Constitutionibus nationum, ita ut additio non necessaria appareat.

I [n. 14, 17, 20-32]

[cf. nota 2]

[cf. nota 25]

20 Non desunt tamen regimi-
 21 na in quibus, etsi/in ipsa eorum
 22 constitutione ius ad cultum Deo
 23 praestandum agnoscitur, tamen
 24 ipsae publicae/potestates conan-
 25 tur cives a religione profitenda
 26 removere et communitatibus re-
 27 ligiosis vitam/perdifficilem ac
 28 periclitantem reddere.

29 Illa fausta huius temporis sig-
 30 na laeto animo salutans, haec
 31 vero deploranda facta cum/moe-
 32 re ore denuntians, Sacra Synodus
 christifideles adhortatur
 et huius aetatis ho-
 mines universos adprecatur ut
 perattente considerent/quan-
 topere libertas religiosa neces-
 saria sit in /praesentibus po-
 tissimum vitae humanae

II [n. 14, 19, 5-19]

et instrumentis internationali-
 bus agnoscit.²¹

At non desunt regimi-
 na in quibus, etsi in /eorum
 constitutione ius ad cultum Deo
 praestandum agnoscitur, tamen
 ipsae publicae potestates conan-
 tur cives a religione profitenda
 removere et communitatibus re-
 ligiosis vitam/perdifficilem ac
 periclitantem reddere.

Illa fausta huius temporis sig-
 na laeto animo/salutans, haec
 vero deploranda facta cum moe-
 re ore denuntians, Sacra Synodus
 Christifideles /hortatur, exo-
 rat autem ho-
 mines universos, ut
 perattente considerent quan-
 topere libertas religiosa neces-
 saria sit, in praesentibus po-
 tissimum vitae humanae

res 1958. – LAVROFF D. G. et PEISER G., *Les Constitutionis Africaines*, Paris 1963. – STRAMACCI M., *Le Costituzioni degli Stati Africani*, Milano 1963.

II ²¹ Cf. IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 aprilis 1963: A.A.S. 55 (1963), pp. 295-296, ubi, quibusdam defectibus non obstantibus, commendatur Professio Universalis Iurium Humanorum, die 10 dec. 1948 a Foederatarum Nationum Coetu Generali rata habita: «Nihilominus Professionem eandem habendam esse censemus quemdam quasi gradum atque aditum ad iuridicalem politicam ordinacionem constituendam omnium populorum, qui in mundo sunt. Siquidem ea universis prouersus hominibus solemniter agnoscitur humanae dignitas personae, atque iura cuivis homini asseruntur veritatem libere quaerendi, honestatis sequendi normas, iustitiae officia usurpandi, vitam exigendi homine dignam, alia deinceps cum hisce coniuncta».

III [B] *In particulari:* 1) Pag. 19, linn. 1-12: Ideae hae de praesenti statu mundi melius ponerentur in Prooemio Declarationis, id est, in n. 1. Ita facilius intelligeretur sensus praecisus huius documenti (128 [E/5436]).

2) Pag. 19, linn. 2-3, tollantur verba “privatum publiceque” (40 [E/5351]).

3) Pag. 19, linn. 3-6: tollatur haec assertio (“libertatem ... agnoscit”) quia est inconveniens. Declarationes conciliares ex circumstantiis politicis concretis influxum vitare debent, ita ut mutatis conditionibus pariter vigeant (105 [E/5528]).

4) Pag. 19, linn. 4-5, loco “ut ius civile” dicatur “in pluribus ordinationibus iuridicis” (113 [E/5458]), vel “in ordinatione iuridica civili”, quia constitutiones civiles et alia instrumenta iuridica abstrahunt a quaestione utrum agatur necne de vero iure (103 [E/5367], nomine quoque alterius Patris).

[C] 5) Pag. 19, linn. 8-9, scribatur “... constitutione libertas religiosa agnoscitur...”, quia constitutiones plurimae nullam faciunt mentionem de Deo deque cultu Ei exhibendo, sed tantummodo de libertate religiosa, vel de libertate opinionis (103 [E/5367], nomine quoque alterius Patris; 113 [E/5458]).

III [n. 15, 17, 21-35]

22 et *documentis internationalibus agnoscit*.⁴³ [B]
 23 At non desunt regimina
 24 na in quibus, etsi in /eorum
 25 Constitutione *libertas cultus religiosi* [C] /agnoscitur, tamen
 26 ipsae publicae potestates conantur cives a religione profitenda
 27 removere et/communitatibus religiosis vitam perdifficilem ac
 28 periclitantem reddere.
 29 Illa fausta huius temporis signa laeto animo salutans, haec
 30 vero deploranda facta cum/moerore denuntians, Sacra Synodus
 31 Catholicos /hortatur, exorat autem homines universos, ut
 32 perattente considerent quantopere libertas religiosa necessaria sit, in praesentibus po-
 33 tissimum vitae humanae

IV [n. 15, 13, 33-42]

et documentis internationalibus *sollempniter agnoscit*.⁴⁴

At non desunt regimina in quibus, etsi in eorum Constitutione *libertas cultus religiosi* agnoscitur, tamen ipsae publicae potestates conantur cives a religione profitenda removere et communitatibus religiosis vitam perdifficilem ac periclitantem reddere.

Illa fausta huius temporis signa laeto animo salutans, haec vero deploranda facta cum moerore denuntians, Sacra Synodus Catholicos hortatur, exorat autem homines universos, ut perattente considerent quantopere libertas religiosa necessaria sit in praesenti potissimum *familiae /humanae*

Aires 1958. – LAVROFF D. G. et PEISER G., *Les Constitutions Africaines*, Paris 1963. – STRAMACCI M., *Le Costituzioni degli Stati Africani*, Milano 1963. – PAVAN P., *Liberà Religiosa e Pubblici Poteri*, Milano 1965.

III⁴³, **IV**⁴⁴ Cf. IOANNES XXIII, Litt. Encycl. *Pacem in terris*, 11 aprilis 1963: A.A.S., 55 (1963), pp. 295-296, ubi, quibusdam defectibus non obstantibus, commendatur Professio Universalis Iurium Humanorum, die 10 dec. 1948 a Foederatarum Nationum Coetu Generali rata habita: «Nihilominus Professionem eandem habendam esse censemus quemdam quasi gradum atque aditum ad iuridicalem politicamque ordinationem constituerandam omnium populorum, qui in mundo sunt. Siquidem ea universis prorsus hominibus solemniter agnoscitur humanae dignitas personae, atque iura cuvis homini asseruntur veritatem libere querendi, honestatis sequendi normas, iustitiae officia usurpandi, vitam exigendi homine dignam, alia deinceps cum hisce coniuncta».

RJ Pag. 17, in lin. 24 loco “ius ad cultum Deo praestandum” nunc legitur: *libertas cultus religiosi* agnoscitur. Ratio: in aliquibus regiminibus non agnoscitur Deus, agnoscitur tamen civibus *libertas cultus religiosi* seu *libertas ut tantum* sacra agant.

IV 6 – Pag. 17, lin. 25, post «potestates» addatur «contumeliosa falsae philosophiae praeiudicia, religionem scientiae ac progressui humano contraria esse, civibus imponere nituntur eosque conantur a religione...», ut denuntientur asseclae materialismi dialectici (4 Patres).

R. – Additio non apparet opportuna, quia restringeret denuntiationem hic faciendam ad regimina supprimenia libertatem religiosam ex materialismo dialectico.

7 – Pag. 17, lin. 35, loco «vitae humanae» dicatur «totius consortium humanae».

R. – Admittitur hoc modo «... potissimum *familiae humanae condicione*», ut melius exprimatur libertatem religiosam postulari etiam ab exgentiis vitae internationalis.

I [n. 14, 17, 32 – 18, 4]

33 adiunctis.

34 Manifestum est enim cunctas
 35 gentes magis/magisque in dies
 unum fieri, homines diversae
 36 culturae et religionis arctiori-
 bus inter se devinciri rationibus,
 augeri conscientiam
 38 propriae cuiusque responsabili-
 tatis.
 39 Proinde ut/pacificae relationes
 40 et concordia in genere humano
 instaurentur et firmentur, omni-
 18 no requiritur ut ubique terra-
 rum libertas religiosa efficaci-
 tutela iuridica muniatur et
 2 supra hominum
 officia et iura ad vitam religio-
 4 sam libere/in societate ducen-
 dam observentur.

II [n. 14, 19, 19-39]

adiunctis.

20 Manifestum est enim cunctas
 21 gentes magis /in dies
 unum fieri, homines diversae
 22 culturae /et religionis arctiori-
 bus inter se devinciri rationibus,
 augeri denique conscientiam
 propriae/cuiusque responsabili-
 tatis.
 24 Proinde ut pacificae/relationes
 25 et concordia in genere humano
 instaurentur et firmentur,
 requiritur ut ubique/terra-
 rum libertas religiosa efficaci-
 tutela iuridica muniatur atque
 26 observentur supra hominum
 officia et iura ad vitam religio-
 28 sam libere/in societate ducen-
 29 dam.
 30 Manifestum praeterea est,
 31 cum nostrae aetatis homines va-
 ria ratione premantur et in peri-
 32 culum veniant ne proprio libero
 consilio utantur Christianis
 33 quam maxime incumbere offici-
 um veram libertatem in se et
 34 in aliis tutandi/ac promovendi.
 Ex altera autem parte non/pauci
 ita propensi videntur, ut specie
 35 libertatis/omnem subiectionem
 reiiciant ac debitam oboedi-
 36 entiam parvi faciant.
 37

III [D] 6) Pag. 19, lin. 14 scribatur: “hanc vero deplorandam discriminatio-
 nem”, ratione translationum (129 [E/5434]).

7) Pag. 19, linn. 15-19, scribatur: “... Sacra Synodus universos homines exo-
 rat, imprimis autem Christifideles hortatur, ut perattente considerent quanto-
 pere libertas religionis moralis sit necessitas, in...”, ne videatur proclamari ne-
 cessitas ad propriam utilitatem (81 [E/5387]).

8) Pag. 19, linn. 17-18, scribatur “quantopere necessarium sit homini liber-
 tatem in re religiosa agnoscere in praesentibus...” (45 [E/5352]).

[E] 9) Pag. 19, linn. 20-30, deleantur, nam nihil novi afferunt et nimis de hac
 re in Concilio actum est (2 [E/5309]).

10) Pag. 19, lin. 24, post “Proinde” addatur “cum colluctationes ob motiva re-
 ligiosa ortae insolentius fervere soleant, ...” (81 [E/5387]).

[F] 11) Pag. 19, lin. 31 usque ad pag. 20, lin. 2 deleatur, quia et quae affir-
 mantur non constant (2 [E/5309]).

12) Pag. 19, linn. 34, pro “utantur” scribatur “destituantur”, propter latinita-
 tem, quia secus schema negare videretur id quod affirmare vult (61 [E/5578]).

[G] 13) Pag. 19, lin. 39, post “faciant” addatur “quod hodie praesertim peri-

III [n. 15, 17, 35 – 18, 9]

IV [n. 15, 13, 42 – 14, 7]

adiunctis. [D]

Manifestum est enim cunctas gentes magis /in dies unum fieri, homines diversae culturae/et religionis arctioribus inter se devinciri rationibus, augeri denique conscientiam propriae /cuiusque responsabilitatis.

Proinde ut pacificae/relations et concordia in genere humano instaurentur et firmentur, requiritur ut ubique/terrarium libertas religiosa efficaci tutela iuridica muniatur atque observentur suprema hominum officia et iura ad vitam religiosam libere/in societate ducendam. [E]

[cf. p. 11, ln. 2-4] [F]

condicione.

Manifestum est enim cunctas gentes magis in dies unum fieri, homines diversae culturae et religionis arctioribus inter se devinciri rationibus, augeri denique conscientiam propriae cuiusque responsabilitatis.

Proinde ut pacificae relations et concordia in genere humano instaurentur et firmentur, requiritur ut ubique terrarium libertas religiosa/efficaci tutela iuridica muniatur atque observentur suprema hominum officia et iura ad vitam religiosam libere in societate ducendam.

[cf. p. 9, ln. 35-37]

[cf. p. 11, ln. 4-7] [G]

[cf. p. 9, ln. 37-39]

culum non spernendum constituit" (50 [E/5358], [117: E/5451]).

IV 8 – Pag. 18, linn. 4-6, loco «requiritur ut» dicatur «optandum est ut» et expungatur «ubique ... muniatur atque» (2 Patres).

R. – Talis mutatio, cum essentialiter debilitaret Declarationem, admitti nequit.

9 – Pag. 18, linn. 4-8, textus ita mutetur, ut proselytismus acatholicorum inter catholicos non permittatur.

R. – Textus non permittit proselytismum. Qui ceteroquin verbis pag. 8, linn. 8-14, clare excluditur.

10 – Pag. 18, linn. 5-6, loco «libertas religiosa» dicatur «libertas civilis in re religiosa» et deleatur «iuridica».

R. – Mutatio proposita non redderet sensum enuntiationis hic intentae. Cf. resp. ad Mod. Gen. 2, et ad Mod. circa titulum 2, a.

11 – Pag. 18, lin. 8, post «ducendam» addatur «Exoptant denique Sacri Concilii Patres, ut peculiariis Secretariatus vel simile Officium Centrale apud Sedem Apostolicam instituatur ad libertatem religiosam in universo mundo convenienter provehendam et, prout res postulat (ab inquis persecutionibus) efficaciter defendendam» (2 Patres).

R. – Propositio talis, etsi in se bona esse possit, extra competentiam alicuius «Modi» esse videtur.

14
2
3
4
5
6
7

I [n. 14, 18, 4-10]

II [n. 14, 19, 39 – 20, 18]

	Religiosa igitur libertas ad hoc inservire et ordinari debet, ut homines eam nobilem liberta- tem expeditius consequi pos- sint, ad quam a Deo vocati sunt.	40
	Quapropter haec Vaticana Sy- nodus omnes/hortatur, praeser- tim vero eos qui curam habent alios educandi, ut homines for- mare satagant,/qui et legitimae auctoritati oboedientes et ge- nuinae libertatis amatores sint; homines nempe, qui proprio consilio res in luce veritatis dijudicent, activitates suas cum sensu responsabilitatis dispo- nant, et quaecumque sunt ve- ra/atque iusta persequi nitantur, operam suam libenter cum cete- ris consociando.	20
	Quapropter haec Vaticana Sy- nodus omnes/hortatur, praeser- tim vero eos qui curam habent alios educandi, ut homines for- mare satagant,/qui et legitimae auctoritati oboedientes et ge- nuinae libertatis amatores sint; homines nempe, qui proprio consilio res in luce veritatis dijudicent, activitates suas cum sensu responsabilitatis dispo- nat, et quaecumque sunt ve- ra/atque iusta persequi nitantur, operam suam libenter cum cete- ris consociando.	2
5	Faxit igitur Deus et Pater om- 6 nium ut familia humana,/dili- genter servato regimine liberta- 7 tis religiosae in societa- te, per gratiam Christi et virtutem 8 Spiritus Sancti adducatur 9 ad sublimiorem/illam ac peren- nem libertatem «qua Chri- 10 stus/nos liberavit» (Gal. 5, 1).	3
	Faxit Deus et Pater om- nium ut familia humana, dili- genter servata liberta- tis religiosae/ratione in societa- te, per gratiam Christi et virtutem Spiritus Sancti adducatur ad sublimem /illam ac peren- nem «libertatem gloriae filiorum Dei» (Rom. 8, 21).	4
	Faxit Deus et Pater om- nium ut familia humana, dili- genter servata liberta- tis religiosae/ratione in societa- te, per gratiam Christi et virtutem Spiritus Sancti adducatur ad sublimem /illam ac peren- nem «libertatem gloriae filiorum Dei» (Rom. 8, 21).	5
	Faxit Deus et Pater om- nium ut familia humana, dili- genter servata liberta- tis religiosae/ratione in societa- te, per gratiam Christi et virtutem Spiritus Sancti adducatur ad sublimem /illam ac peren- nem «libertatem gloriae filiorum Dei» (Rom. 8, 21).	6
	Faxit Deus et Pater om- nium ut familia humana, dili- genter servata liberta- tis religiosae/ratione in societa- te, per gratiam Christi et virtutem Spiritus Sancti adducatur ad sublimem /illam ac peren- nem «libertatem gloriae filiorum Dei» (Rom. 8, 21).	7
	Faxit Deus et Pater om- nium ut familia humana, dili- genter servata liberta- tis religiosae/ratione in societa- te, per gratiam Christi et virtutem Spiritus Sancti adducatur ad sublimem /illam ac peren- nem «libertatem gloriae filiorum Dei» (Rom. 8, 21).	8
	Faxit Deus et Pater om- nium ut familia humana, dili- genter servata liberta- tis religiosae/ratione in societa- te, per gratiam Christi et virtutem Spiritus Sancti adducatur ad sublimem /illam ac peren- nem «libertatem gloriae filiorum Dei» (Rom. 8, 21).	9
	Faxit Deus et Pater om- nium ut familia humana, dili- genter servata liberta- tis religiosae/ratione in societa- te, per gratiam Christi et virtutem Spiritus Sancti adducatur ad sublimem /illam ac peren- nem «libertatem gloriae filiorum Dei» (Rom. 8, 21).	10
	Faxit Deus et Pater om- nium ut familia humana, dili- genter servata liberta- tis religiosae/ratione in societa- te, per gratiam Christi et virtutem Spiritus Sancti adducatur ad sublimem /illam ac peren- nem «libertatem gloriae filiorum Dei» (Rom. 8, 21).	11
	Faxit Deus et Pater om- nium ut familia humana, dili- genter servata liberta- tis religiosae/ratione in societa- te, per gratiam Christi et virtutem Spiritus Sancti adducatur ad sublimem /illam ac peren- nem «libertatem gloriae filiorum Dei» (Rom. 8, 21).	12
	[V]	13
	[V]	14
		15
		16
		17
		18

II [V] V. 20) In fine conclusio pastoralis [*addatur*] (L-Gen. 35 [E/4780], cf. etiam L-Gen. 5 [E/4889], 81 [E/4847] in fine).

[V] VII. 29) Plures Patres schemati obiiciunt, quod loquitur simpliciter de iure conscientiae et de iure ad libertatem, cum sermo fieri possit tantum de iure rectae vel verae conscientiae et de iure ad iustam libertatem.

III [H] 14) Pag. 20, linn. 3-12, omitti possunt, nam non sunt nimis utilia (2 [E/5309]).

15) Pag. 20, linn. 6-7, scribatur “ut homines formare satagant, qui genuinae libertatis amatores sint ut plene humani ac vere religiosi esse possint et properea legitimae auctoritati oboedientes...”. Ratio: quaedam hierarchia existit inter libertatem et oboedientiam, secundum quam libertas altioris momenti vel ordinis est (129 [E/5434]).

16) Pag. 20, lin. 12 (vel lin. 19) addatur: “Omnia autem huius mundi guberna-
nia Ecclesia Catholica enixe deprecatur, ut principium libertatis conscientiae
ad omnes cives, etiam ergo ad credentes in Deum, efficaciter extendant et a
quacumque oppressione libertatis religiosae cessent. Liberentur quamprimum
sacerdotes et laici, qui propter actionem suam religiosam, quamvis sub diver-
sis speciebus, post tantos annos adhuc in carceribus detinentur. Episcopi et sa-
cerdotes permulti, qui in munere suo adimplendo impediuntur, gregibus suis

III [n. 15, 18, 10-15]

[cf. p. 11, ln. 23-26] [H]

IV [n. 15, 14, 8-11]

[cf. p. 10, ln. 5-7]

[cf. p. 11, ln. 13-22]

[cf. p. 9, ln. 40-p. 10, ln. 4]

10 Faxit Deus et Pater om-
 11 nium ut familia humana, dili-
 genter servata liberta-
 12 tis religiosae/ratione in societa-
 13 te, per gratiam Christi et virtu-
 14 tem Spiritus Sancti adducatur
 ad sublimem /illam ac peren-
 15 nem «libertatem gloriae filio-
 rum/Dei» (*Rom.* 8, 21).

12 Faxit Deus et Pater om-
 13 nium ut familia humana, dili-
 14 genter servata /liber-
 15 tatis religiosae ratione in societa-
 10 te, per gratiam Christi et virtu-
 11 tem/Spiritus Sancti adducatur
 ad sublimem illam ac peren-
 13 nem «libertatem/gloriae filio-
 rum Dei» (*Rom.* 8, 21).

restituantur. Ecclesiae in statibus, ubi per leges iniustas arbitrio magistratum sibi hostilium tradita est, autonomia interna et facilis cum Sede Petri communio reddatur. Ab obstaculis quae ad sacerdotium vel vitam monasticam amplectendam iuvenibus ponuntur, cessentur. Ordinibus religiosis congregatiōibusque fratrum et sororum vita communis iterum permittatur. Omnibus deinde fidelibus effectiva libertas fidem profitendi, veritates revelatas positive proponendi et explicandi atque filios in fide educandi praestetur. Et sic verum opus pacis, diebus nostris maxime necessarium, perficiatur” (66 [E/5391]).

IV 12 – Pag. 18, in ultima paragrapho invocetur intercessio Beatae Mariae Virginis.

R. – Talis additio in documento praesenti non videtur opportuna.

13 – Pag. 18, linn. 9-14, conclusio mutetur, quia textus *Rom.* 8, 21 non pertinet ad rem et confusionem parit.

R. – Textus *Rom.* 8, 21 convenienter hic ponitur, quia indicat finem, cui libertas religiosa inservire debet.

14 – Pag. 18, linn. 10-11, loco «libertatis religiosae ratione in societate» dicatur «hac libertate».

R. – Non apparent ratio sufficiens mutationis, cum formula textus satis clara videatur.